



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum

In Duos Libellos Partitum

De Decimis, oblationibus, Sepulturis, bonis Parochorum, aliisque scitu
utilissimis materiis

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1668

III. Matrimonium clandestinum an obliget in conscientia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40891

Ad III. Quæst.

An post Trid. ex matrimonio clandestino saltem in conscientia nascatur obligatio?

R Esp. cum Concilium Trid. contrahentes sine Parocho & testibus ad sic contrahendū omninò in habiles reddat, & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernat, per hanc inhabilitationē, & irritationem cœntur ita efficaciter resistere contractui, ut omnem ejus & civilem & naturalem obligationem tollat per ea, quæ superius hac eadem p. 5. c. 1. pag. 254. dicta sunt. minimè etiam fuisset obtentus finis Concilli, nimirum evitatio periculorum ex matrimoniis clandestinis oriundorum, si obligatio, vel valor talium matrimoniorum in conscientia foro relictus fuisset.

Utrum autem matrimonium clandestinum hodie saltem valeat in vim sponsalium de futuro, ut contrahens

ab initio clandestinè, postea publicas solennitates adhibere teneatur? videantur plurimi DD. in utramq; partem relati à Barb. in collect. ad d. c. 1. Trid. s. 24. n. 130. & diximus aliquid in p. 3. cap. 5. §. 2. n. 10. si femina, quæ aliàs juris ignorantia facilius excusatur L. cum de in debito ff. de probat. per contractum clandestinum decepta & deflorata vel aliàs jam propè extra spem alterius conjugii ob clandestinum hoc matrimonium & cohabitationem posita fuisset, affirmativa sententia magis æquitati consentanea foret. arg. c. 1. de adult. & stup. & per ea quæ dicta sunt d. c. 5. §. 1. sect. 2. n. 13.

Ad IV. Quæst.

An sententia in causa matrimoniali transeat in rem judicatam?

Non transire, etiam in primo Libello p. 3. c. 5. §. 7. n. 11. pag. 681. dictum est, cum enim transitus sen-

matrimonio
on-
t. con-
& testi-
in habi-
ctus ir-
er hanc
eente-
tractui,
naturæ
a, quæ
1. pag.
m fuit
mirum
matrimo-
si ob-
rimoni-
relictus
m clan-
in vim
trahens
ab

2
2
6
9